


EXEMPLUM. Sit radius AB 100000000. Sinus BD 50000000
 nempe sinus arcus xxx graduum. Quadratum radij AB , est
 10000000000000000. Quadratum sinus BD , est 2500000000
 000000. Hoc si subtrahas de quadrato 10000000000000000.
 restabit quadratum 7500000000000000. Cujus radix 8660254.
 erit sinus AD vel EB , competens arcui FB , 60 graduum.

Eodem modo,

Datâ subtensâ arcus semicirculo minoris, subtensam
 complementi ad semicirculum invenire licet.

Nam ut sinus arcus cum sinu complementi & radio constituit tri-
 angulum rectangulum, per 3. cons. 12. hujus. Ita subtensa arcus, cum
 subtensa complementi ad semicirculum & diametro, constituit tri-
 angulum rectangulum per

1. cons. 53. primi. Ergo
 si quadratum subtense da-
 ta auferas à quadrato
 diametri, residuum erit qua-
 dratum subtense comple-
 menti. Vt in proposito
 diagrammate, si quadra-
 tum subtense DE , aufe-
 ras à quadrato diametri
 DF , residuum erit qua-
 dratum subtense EF .



XXXI. PROBLEMA SECUNDUM. Dato nu recto si ar-
 cus, sinum arcus dimidij reperire.

REGULA. Quadratum sinus recti arcus dati, conjun-
 ge cum quadrato sinus versi ejusdem arcus. Radix summae
 istorum duorum quadratorum erit subtensa arcus dati: cu-
 jus semissis erit sinus arcus dimidij.

E 3 RATIO